Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0001-1

M-s. 1297

An Fi

R

2197. b

F. A. v. Maaß
1831 oho

*EPISTOLA*

# CONSTANTINO=politanæ Eccleſiæ ad Bohe=MOS, SCRIPTA QVIDEM AN=te annos 112, biennio nimirum ante captam à Turcis Conſtantinopolim: Sed non ita diu in lucem prolata Pragæ ex bibliotheca Collegij Caroli Quarti, ſtudio piæ memoriæ Docto=ris CASPARI à NYDBRVCK, uiri clariſſi=mi, ac indagandę antiquitatis ſtudi=oſiſs: ſereniſs: Regis Maxi=miliani olim Con=ſiliarij.

VITEBERGÆ

*EXCVSA IN OFFICINA LAV=RENTII SCHVVENCK.*

M. D. LXIIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0003-3

## ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΥΣΕΒΕΙΣ ΚΑΙ φιλαλήθεας ἀναγνωστάς.

Οἱ περὶ ῥωμαῖον τὸν ἐπίσκοπον, εὐχετάονται
σφᾶς μόνον εἶναι αὐτοὺς γνήσια τέκνα θεοῦ,
καὶ μόνοι, οὓς ἔτεκεν μήτηρ ἐκκλησία, ἠοὶ
καθολικοὶ καθ' ὅλην εἶν' ἐθέλουσι γέαν.
ἀλλ' ὁποίην τούτων Ἕλληνες ἔνωσιν ἔθηκαν,
ἥδε σχέδη φανερῶς σοι, ἀναγνωστὰ, λέγει.

## *Aliud.*

*Accipe, quæ fuerit Graiæ ſententia gentis*
*Romani ficta de pietate patris.*
*Scripta docent annis hæc, lector amice, duobus,*
*Subdita quàm Papæ, quàm fuit illa Getæ,*
*Libera ſed poſtquàm Latio dat colla Tyranno,*
*Cogitur heu Scythicum gens ea ferre iugum.*

## *Aliud.*

*HÆreticos olim Germania tota Bohemos*
*Dixit, & Heſperijs Gallia iuncta plagis.*
*Hinc in eos paßim Reges, uarijq; Tyranni*
*Inſurrexerunt armipotente manu.*
*Sed non, Eois habitans, ita ſenſit, in oris*
*Græcia, Paulinæ poſteritasq; ſcholæ.*
*Quarum iudicio contenta Bohemia, patrem*
*Romanum ſpernit, ritè colitq; DEVM.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0004-8

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Ἡ ἹΕΡΟΑΓΙΑ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙνουπόλεως ἐκκλησία ἡ μήτηρ πάντων τῶν ὀρθοδόξων, καὶ διδάσκαλος, πᾶσι καὶ ἑκάστοις τοῖς ἐνδόξοις ἀδελφοῖς καὶ υἱοῖς ἐν χριστῷ ἀγαπητοῖς τῶν ποιμνίων τῇ ὑψηλοτάτῃ κοινότητι τῆς πόλεως Πράγας, καὶ τοῖς γενναίοις ἀνδράσι, καὶ ἀνδρείοις ἄρχουσι, τοῖς καπιτάνοις, καὶ δουξί, καὶ βαρώνοις, καὶ καφαλλαρίοις ἐκλάμπροις, καὶ τοῖς πνευματικοῖς ἀνδράσι, διδασκάλοις τε, καὶ πᾶσι τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν πραιποσίτοις, οὐ μὴν δέ, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολίταις καὶ ὀφφικιαλίοις, ἔτι τὲ πᾶσι καὶ ἑκάστοις τοῖς ὅπου δήποτε ὑπάρχουσιν ἐν τοῖς ὑποβορείοις μέρεσιν, ὀρθοδόξοις, ὡς ἀκούομεν καὶ τῆς ἀληθοῦς ἰησοῦ χριστοῦ πίστεως ὁμολογηταῖς τοῖς τὴν γραφὴν ταύτην τῆς μητρικῆς προνοίας θεωρήσουσιν, σωτηρίαν ἐν τῷ τῆς ἐνδόξου παρθένου υἱῷ, καὶ ἑκατονταπλασίω τοῦ πνευματικοῦ καρποῦ τῆς ἡμῶν συμβουλῆς αὔξησιν. ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία νύμφη τοῦ οὐρανίου νυμφίου, ὅς ἐστι κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης, μείζω ἡδονὴν οὐ δύναται ἔχειν, ἢ τοὺς αὐτῆς υἱοὺς ἀκούειν ἐν τῇ ἀληθείᾳ περιπατοῦντας. ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἄνευ μεγίστης ἡδονῆς, καὶ ὡσανεὶ ἀρραβὼν τῆς ἐσομένης καρποφορίας ἡ αὔξησις καὶ ὁ πληθυσμὸς τῶν καλῶς παχόντων ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς ἀληθοῦς πίστεως εἰς τὰ ὦτα τῆς εὐσπλάγχνου ταύτης μητρὸς ἐνήχησεν, καὶ μάλιστα παρὰ τοῦ ὑμετέρου ἀδελφοῦ τοῦ υἱοῦ τῆς ἡμῶν ἐκκλησίας Κωνσταντίνου Ἀγγλικοῦ τοῦ διακομιστοῦ τῶν παρόντων, διδασκάλου καὶ αἰδεσίμου ἱερέως, ἐπληροφορήθημεν ἐναργέστερον, ὅπως οὐ προσέχετε τοῖς νεωτερισμοῖς τοῖς ἐν τῇ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίᾳ γεγενημένοις ὑπό τινων, ἀλλ' ἐν τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως ἐγκρατημένοι ἐστὲ τῆς παραδοθείσης ἡμῖν ἐκ τοῦ ἡμετέρου δεσπότου καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ἔκρινεν αὐτη ἡ ἱεροαγία ἐκκλησία γράψαι τὲ πρὸς ὑμᾶς, καὶ πρὸς τὴν μετ' αὐτῆς ἕνωσιν διεγεῖραι, οὐ κατ' ἐκείνην τὴν ἕνωσιν τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ δεδεκασμένην, ἥτις διαίρεσις ἀπὸ τῆς ἀληθείας εὐλόγως ἂν ὀνομάζοιτο, καὶ διὰ τοῦτο ἐκείνην οὐ προσεδεξάμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον παντάπασιν ἠκυρώ-

ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας ἀπαράγραπτον κανόνα, ἐν ᾧ μόνῳ ἀληθῶς τε καὶ ἀσφαλῶς ἑνοῦσθαι δυνάμεθα. οὐκ ἀμφιβάλλει γὰρ ἡ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησία, ἐξ ὧν περὶ ὑμῶν ἤκουσεν ἀνενεχθέντων αὐτῇ, ὡς εἴρηται, ὡς ἄρα ταῖς ἐπικινδύνοις τῆς ῥώμης καινοτομίαις ἀνθιστάναι διέγνωτε, ὅτι σύμφωνοι αὐτῇ ἔσεσθε ἐν πᾶσι τῆς ἱερᾶς μεσιτευούσης γραφῆς τοῦ ἀληθεστάτου κριτοῦ. εἰ γὰρ καὶ πρότερον οὐκ ἀγαθὰς περὶ ὑμῶν εἴχομεν φήμας, ὡς οὐ ταῖς ῥωμαϊκαῖς ἐφευρέσεσιν ἀνθισταμένων, ἀλλὰ μᾶλλον ταῖς ἀρχαίαις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῶν χριστιανῶν παραδόσεσιν ἐναντιουμένων ἐν πλείοσιν. ἀλλ' ἐξ ὀλίγου καιροῦ μᾶλλον ἀναβιώσκειν, ὡς εἰπεῖν, ὑμᾶς ἐπληροφορήθημεν, καὶ πρὸς τὴν κοινὴν τῶν χριστιανῶν θρησκείαν, καὶ ἀληθῆ εὐσέβειαν ἐπανιέναι. οὐ δὲ τὴν μητέρα καταλιμπάνειν, ἀλλὰ τῷ πόθῳ τῆς ἀληθινῆς μητρὸς ἐκκαιομένους καὶ ταύτην ἔτι ζητοῦντας, ποιεῖν. ὃ δὴ ἡ παρουσία τοῦ εἰρημένου εὐλαβοῦς ἱερέως σαφέστερον ἡμῖν ἐδήλωσε, ὡς προείρηται, διηγησαμένου τὰ καθ' ὑμᾶς κατὰ μέρος, καὶ δόντος μετ' αὐτοῦ ὁμολογίαν ἰδίαν τῇ ἁγίᾳ μητρὶ ὑγιῶς ἔχουσαν καὶ εὐπρόσδεκτον, ἀποδεξαμένου δὲ καὶ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρ' αὐτῆς διδασκαλίαν τῆς ἀληθοῦς πίστεως, ἐν ᾗ δεῖ συμφωνεῖν πάντας τοὺς μέλλοντας σώζεσθαι, ἣν καὶ πρὸς τὴν ὑμῶν ἀγάπην κομίζει. οὐκοῦν ποθεινότατοι ἀδελφοὶ καὶ υἱοί, εἰ οὕτως ἐστὶν, ὡς ἀκούομεν, καὶ ἐλπίζομεν, ἐπιστεύσατε τὴν μεθ' ἡμῶν ἕνωσιν. μετὰ τίνων γὰρ ἰσχυρότερον δυνήσεσθε ζηλοῦν κατὰ τῶν ἐπηρεαζόντων, ἢ ἐν τῷ τῆς μητρὸς κόλπῳ; καὶ τῇ ῥοπῇ τῆς ἀληθοῦς σωτηρίας; καὶ ποῦ δυνήσεσθε βέλτιον ἑαυτοὺς ἀναψύξαι, ἢ ἔνθα ἀνέῳκται ἡ πηγὴ τῶν ζώντων ὑδάτων; πάντες τοίνυν οἱ διψῶντες, πρὸς τὰ ὕδατα ἔλθετε, καὶ ὠνήσασθε χωρὶς τινὸς συναλλάγματος οἶνον σώφρονος εὐφροσύνης, καὶ γάλα ἐκ τῶν μαστῶν τῆς παρακλήσεως αὐτῆς. ἐλπίζομεν γὰρ σὺν τῷ θεῷ, ὅτι ἐν πᾶσι ἔσεσθε σύμφωνοι ἡμῖν, καὶ μετὰ ταῦτα σὺν ἐπιμελείᾳ μεγίστῃ καὶ ἀγάπῃ προνοήσομεν περὶ πνευματικῶν ποιμένων καὶ ἐπισκόπων τῶν ὑμετέρων ψυχῶν ποιμαινόντων ὑμᾶς τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, καὶ τῷ παραδείγματι τῆς ζωῆς οὐ θλιβόντων. περὶ δὲ τὰ τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν ἔθιμα, εὐγνωμόνως συγκαταβῆναι ὑμῖν μετὰ τοῦ ἀποστόλου βουλόμεθα ἐν ἐκείνοις, ὁπόσα ἐξ ἀγαθοῦ θεμελίου

καὶ

καὶ σκοποῦ καθαρωτάτου προΐασιν, καὶ ὧν ἡ συγκατάθεσις πρὸς τὴν ὑμετέραν οἰκοδομὴν ἔσαι, τῇ δ' ὑμῇ τῆς ἁγίας μητρὸς ταύτης, καὶ τῇ ἀληθινῇ ἡμῶν περὶ αὐτὴν κοινωνίᾳ καὶ ὑποταγῇ οὐκ ἐναντιωθήσεται. περὶ γὰρ τὴν διαφορὰν τῶν τοιούτων ἐθίμων οὐ χαλεπῶς ἔχομεν δὲ, ἀγαθῆς βουλήσεώς τε καὶ διακρίσεως ἀβλαβῶς οἰκονομεῖν. δοίη δὲ ὁ παντοκράτωρ κύριος καὶ ὑμᾶς οὕτως ἔχειν, ὡς ἀρτίως ἐμάθομεν, καὶ ἄλλους πολλοὺς ὁμοίως ὑμῖν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθοῦς ἀναλαμβάνειν ζωῆς εἰς αὔξησιν καὶ πληθυσμὸν τῶν τῆς ἀληθοῦς μητρὸς γνησίων υἱῶν: καὶ ποιήσειεν ὑμᾶς σὺν ἡμῖν ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας οἴκῳ τοῖς αὐτοῖς δόγμασί τε καὶ ἤθεσι χαίροντας ἐνὶ στόματι καὶ καρδίᾳ αἰνεῖν αὐτὸν εἰς αἰῶνας αἰώνων, Ἀμήν.

ὁ Νικομήδης Μακάριος.
ὁ ταπεινὸς μητροπόλεως Τορνόβου Ἰγνάτιος,
ὁ φιλίππου πλου ἰωσήφ:
ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀκάκιος.
ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης διάκονος Σιλβεστρὸς ὁ συρόπουλος.
ὁ δικαιοφύλαξ καὶ ἱερομνήμων διάκονος Θεόδωρος ὁ ἀγαλλιανός.
ὁ καθολικὸς τῆς τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίας διδάσκαλος ταπεινὸς μόναχος γεννάδιος.

# Eadem Epiſtola in altera eiuſdem membranæ mediętate ſcripta Latine, licet minus

Eadem Epiſtola in altera ei-
VSDEM MEMBRANÆ MEDI-
ETATE SCRIPTA LATINE, LICET MINVS
*eleganter, ac parum dilucidè, ſed cum additamento quodam in fine, quod in Græca non extat.*

*SAcroſancta Conſtantinopolitana Eccleſia mater omnium Orthodoxorum & magiſtra, uniuerſis & ſingulis inclytis fratribus ac filijs in Chriſto dilectis, Boëmorum ſublimi uniuerſitati Vrbis Pragenſis, & ingenuis uiris atq; ſtrenuis Principibus, Capitaneis, Ducibus, Baronibus, militibus præclaris, ac uiris ſpiritualibus fidei Zelatoribus, Doctoribus, Magiſtris, & cunctis Eccleſiarum præpoſitis, nec non ciuibus & officialibus, deniq; uniuerſis & ſingulis, ubiuis exiſtentibus in partibus transmontaneis, cunctiſq; orthodoxis, & Ieſu Chriſti ueritatem ſincerè profitentibus, hanc maternæ prouidentiæ intuentibus paginam, ſalutem per filium uirginis glorioſæ, & centuplum Spiritualis fructus incrementum. Sacroſancta ſponſa cœleſtis ſponſi, qui caput Eccleſiæ uniuerſalis eſt, maiorem quippe nequit habere uoluptatem, quàm ſuos audire filios in ueritate ambulantes. Cum igitur non abſq; maxima quidem uoluptate, ac penè arra futuræ fructualitatis ubertas ac incrementum benè patientium pro ueritate ueræ fidei ad aures piæ ac benignæ huius matris inſonuit, à noſtro uel maximè fratre, filio noſtræ Eccleſiæ, Conſtantino Anglico præſentium latore, doctore ac uenerabili ſacerdote, planius certiores facti ſumus, ut nullis attenditis innouationibus aduerſus Eccleſiam Chriſti per nonnullos factis, ſed in fundamento fidei adnixi eſtis, quæ nobis tradita eſt à noſtro Domino, ſuiſq; diſcipulis, decreuit illicò hæc ſacroſancta Eccleſia ad uos ſcribere, & ad unionem pariter ſecum adhortari, haud ſecundum illam Florentiæ unionem ſimulatam à recto ueroq; conſilio abalienatam, quæ diremptio à ueritate appellanda eſſet: Quamobrem illam minimè admiſimus, imò prorſus annihilauimus*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0008-1

bilauimus: at ſecundum inobliteratum & immutabile decretum, in quo ſolo uerè ac tutò uniri poßumus. Nec ambigit Chriſti Eccleſia ex his, quæ de uobis læta acceperat, ut dictum eſt, quòd, cum equidem periculoſis Romæ innouationibus obſtare cenſuiſtis, concordes huic per omnia eritis, mediante adeo ſacra ſcriptura uero iudice. Etſi dubiam antè de uobis famam habebamus, uos quaſi haud Romanis innouationibus reſiſtere ſolere, imò magis ueteribus generalis Eccleſiæ Chriſtianorum traditionibus pro maiore parte refragari, tamen ex exiguo iam tempore uos maximè reuiuiſcere, ut ita inquam, certi facti ſumus, & ad communem Chriſtianorum religionem ac ueram profeſſionem conſcendere, neq; matrem deſerere, uerùm amore ueræ matris conflagrantes, eamq; flagitantes elaborare, quod iam uel præſentia huius uiri, deuoti ſacerdotis, clarius nobis ſignificauit, ut antè dictum eſt, qui quidem nobis ſingula enarrauit, deditq; ſuam propriam profeßionem ſanctæ matri integrè diſpoſitam atq; acceptam, recepitq; doctrinam ueræ fidei ab ea ſibi traditam, in qua omnes decet concordare conſeruandos, quam & ad ueſtram charitatem hic reddet. Itaq; dilectißimi fratres atq; filij, ſi ſic eſt, ut audimus & ſperamus, maturate pariter nobiſcum unionem. Cum quibus enim uehementius poteritis æmulari, ac permoliri aduerſus tentatores, quàm in ſinu ueræ matris, ac præſidio ueræ ſalutis? Et ubi nam commodius poteritis uosmetipſos refrigerare, quàm, ubi patet fons aquarum uiuentium? Omnes ergo ſitientes uenite ad aquas, uenite, & emite abſq; ulla commutatione uinum ſobriæ lætitiæ, & lac ab uberibus conſolationis eius. Speramus enim in Deum, uos in omnibus concordare nobiſcum. Poſthac cum ſtudio prænimio ac ſingulari charitate prouidebimus de Spiritualibus paſtoribus ac curam gerentibus animarum ueſtrarum, paſcentibus uos uerbo ueritatis, ac uitæ exemplo haud affligentibus. De ritibus inſuper ueſtris circa Eccleſiam benignè uobis aſſentiri cum Apoſtolo uolumus, in his ſanè, quæcunq; ex bono fundamento ac purißima intentione proficiſcuntur, & quorum aßenſus ad ueſtram quidem ædificationem erit: honori autem huius matris ſanctæ, ac ueræ noſtræ in eam communicationi atq; obedientiæ minimè aduerſabitur. Namq; de differentia huiuſmodi morum haud difficile ducimus, ex bona uoluntate atq; diſcretione innocenter diſpenſare atq; tractare. Det igitur omnipotens Dominus, uos quoq; ſic habere, quemadmodum

modò

modò reſciuimus, ac multos alios uobis ſimiliter ſpiritum aſſumere ueræ ac certæ uitæ ad incrementum atq; multiplicitatem filiorum dilectorum ueræ matris, ac efficiat uos pariter nobiſcum in Eccleſiæ domo eisdem profeſſionibus atq; moribus gaudentes uno ore cordeq; hunc ipſum collaudare in ſecula ſeculorum AMEN.

Ad certitudinem atq; cautionem omnium, ad quos præſentes peruenerint, ſigillo conſueto imaginis DEI noſtri IESV CHRISTI Deigenitricisq; ſuæ matris, in cera lazurea impreſſæ, in buxeo ligno cauato pendentem ſub margine per ſericum funiculum paonagium muniri,, nec non ſubſcriptionibus noſtris potiſſimorum corroborari uoluimus. Datum die XVIII. Ianuarij M. CCCC. quinquageſimo primo. Indictionis XV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0010-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0011-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0012-2

153028

AB: 153028

ULB Halle 3
003 486 044

8b

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0013-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0014-4

# EPISTOLA CONSTANTINO-politanæ Eccleſiæ ad Bohe-MOS, SCRIPTA QVIDEM AN-te annos 112, biennio nimirum ante captam à Turcis Conſtantinopolim: Sed non ita diu in lucem prolata Pragæ ex bibliotheca Collegij Caroli Quarti, ſtudio piæ memoriæ Docto-ris CASPARI à NYDBRVCK, uiri clariſsi-mi, ac indagandę antiquitatis ſtudi-oſiſs: ſereniſs: Regis Maxi-miliani olim Con-ſiliarij.

VITEBERGÆ

EXCVSA IN OFFICINA LAV-RENTII SCHVVENCK.

M. D. LXIIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142297-p0015-9